

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus x
cum uariis

Fateor nos gerere corporis nostri tutelam. Non indulgendum illi sed seruiendum nego. Multis seruiet qui corpori seruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Honestum ei uile est cui corpus suum nimis carum est, huius nimius amor nos timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, et contumeliis obicit. Agatur eius diligentissime cura, ita tamen ut cum exigit racio, cum dignitas, cum fides, mittendum in igne sit. Sic gerere nos debemus non tanquam propter corpus uiuere debeamus, sed tanquam non possumus sine corpore. Corpori tantum indulgeamus quantum bone ualitudini satis est.

Seneca XV. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

nos] uos M; nostri] uestri (*cor. intra*) M; sed *om.* P V¹ V² L¹ L²; carum] causarum V²; onerat] honerat M; diligentissime] diligentissima P V¹ V² L¹ L²; mittendum] sit *add.* (*del. sub lin.*) B; igne] ignem P V¹ V² L¹ L²; gerere nos] nos gerere P V¹ V² L¹ L²; debemus] ut *add.* V² L¹ L²